



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

D. Eckivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

## CONCLVSION SECUNDA.

### D. ECKIVS.

Nos Christiani qui in possessione sumus missæ, aestimabam  
mus doctorem quum missæ sacrificiū conatur anihilare, scrip-  
turus hoc facere deberet, & tamen nullas nouas adportauit  
contra missæ sacrificiū dumtaxat se fundauit supra Pauli uer-  
ba, per prædicantem Bernensem inducta. Quis aut eis crede-  
ret contra claras scripturas cum eoꝝ nouo testamento, in illa  
equidem, quum a post Christi ascensionem semper pro sacri-  
ficio est habita, etiam & sancti martires, qui pro Christo san-  
guinem suum fuderunt, missa sic usi sunt, sed & omnes diuiní  
doctores, & oēs sancti dilecti, sicut sanctus Dionisius, Ignas-  
tius, Cyprianus, martyres sancti, Athanasius, Basilius, Chri-  
stostomus, Ambrosius, Iheronym⁹, Augustin⁹, & in cōmuñi  
oēs sancti doctores, saepe atqꝫ saepe sacrificiū in missa cōfirma-  
runt. Quis iā inter uos crediturus esset sanctos patres & mar-  
tyres tot centenis annis epistolā ad Heb. non intellexisse, sed  
potius credere debemus sanctos spiritu sancto repletos, & in  
Christianā sancta eoꝝ uita nos rectū & uerū intellectū uer-  
boꝝ Pauli docuisse. Ideoꝝ & uerba Pauli contra missam in-  
efficacia sunt, quēadmodū simplicib⁹ libēter inculcarēt. Bre-  
uitatis cauſa nihil imponit me nō declarasse, si etiā cōmuñis  
ecclēsia offereat. Respōdeo uerba mea esse clara, sacerdotē ut  
ecclēsī ministrū offerre, ibi plane intelligit me uelle cōmuñē  
& catholigā ecclēsiā offerre, quod & clare in canone reperiſt.  
Addictū meū Malachiz indicat, quasi nihil uel parū ualeat,  
& quod ex nouo testamēto unū ei adducā, dico dñe doctor,  
num: & si netis uetus testamētum etiā scripturas esse, dñs tñ  
Ihesus scripturas esse pmisit. Præceptū mihi est scripturis rem  
agere, dñi mei gratiosi ad nouū testamentū me nō adegerūt.  
Ipse aut hodie si ob reuerētiā uenerabilis sacramēti in ecclēsia  
fūisset in cōtione audiūisset missam sacerdotibus demandatā  
per uerba Lucæ xxij. Hoc facite in meā cōmemorationē, sicut  
hericōleccrare, offerre, & māducare. Contra me argumentū

T ii

## COLLATIO XXXIII.

facit sine literis sacris. Qui offert necesse est ut melior sit illo quod offeret, ubi hic sunt scripturæ pro primo. Secundo si uerum esset, tūc Christus in cruce se non obtulisset, non em̄ est melior seipso, & Abraham non melior Isaac. Etiamq; si dictū eius uerū esset, ne cesse esset intelligi de uero offerendi magistro, sacerdos enim solū minister est. Consequēter quod nō lit missæ sacrificiū ut primi sacrificij representationē prodesse mortuis illius nobis scripturas adportet. Augustinus em̄ ante annos centū & mille ostēdit totius ecclesiæ usum. Dictum meū Malachiæ ait pro se esse, hoc mihi rārū esset negotiū, per illa enim uerba & ipse admittit prophetā indicasse ut legis cel saret sacerdotiū, & reuerti debeat sacerdotiū Melchiçedecis, hoc nos acceptamus, rogamusq; ut nos tales finat sacerdotes manere, talis inq; sacerdos Christus dñs fuit, ob quā rē neq; plus petimus, quam ut nos finat Christianos esse sacerdotes. Audite quid David loquat Psal. cix. Iurauit dñs & non penitabit eū, tu es sacerdos in æternū scđm ordinē Melchiçedec, & ex doctoris uerbis psalmistæ additis, quilibet probus Christianus facile intelliget fundamentū nostri sancti sacrificij in missa, nemo enim ostendere potest Melchiçedec aliter obtulisse, quā pane & uino. Quicq; dilectus dñs nōster Christus sacerdotiū Melchiçedec renouarit in formā p̄cōrenā, ideo offert uenerabile sacramentum sub speciebus panis & uini. Quia tamen ultra Malachiā inducit tedious cap. ij. nihil contra nos est, sed magis confirmat qualiter Deus statū sacerdotalem ad seruendū sibi delegerit, quod uero aliquos sacerdotum abusus pungit, extra continentia est conclusionis mea. Et quod ex omnibus uelit facere sacerdotes, nihil meam conclusionem tangit ipse, quia missæ sacrificiū abnegat, contraria illud scripturas inducere debet, ea tamen conditione, ne quis simpliciū scandalisetur. Petrus enim quando de Christianis loquitur, quod regale sint sacerdotium, internū intellexit & in spiritu, sicut & omnes Iudei ueteris testamēti, sed præter illud oportet

## CONCLVSIO SECVNDĀ.

oportet esse externū quoddā sacerdotiū, sicut & in veteri le<sup>ge</sup> erat, in genere Leui. Attendite pauperē bestias pascentē, qualis est facerdos talis est & rex, quoꝝ tamen regū multi uadunt mendicatū. Ideoꝝ dictū Malachiæ, iij. capite inductum una cum possessione, in qua est Christiana ecclesia, potenter probant sacrificiū sanctæ missæ. Quare uos probi Christiani non uos sinatis ab hoc sancto & prætioso sacrificio per nouissimam intellectā doctrinā abducere ulla uia. Hoc namque missæ sacrificiū tam est clarus & lucidū per scripturas manifestatū, sicut heri duo & hodie duo dicta induxit, quod etiam ecclesiæ aduersarij (haereticos uolo) in plærifico locis hoc non negant, sicut Bohemis scismatici, & qui etiā longius ab ecclesia distant Picarditæ. Si quis aut̄ nondū ad satietatē quietaret, scripturis adhuc clarius idem propheta Malachias illud ostēdit, qui inter eos ultimus fuit, & certos articulos nostrę sanctę fidei per spiritū sanctū manifestauit ita dicens. In abiectione sacrificiorū ludæorū, & acceptatione Christianorū sacrificiorū. Non est mihi (inquit) uoluntas in uobis, dicit dñs exercituū, & munus non suscipiā de manu uestra, ab ortu eī solis usque ad occasum, magnū est nomen meū in gentibus, & in omnī loco sacrificat, & offerat nominis meo oblatio munda, quia magnum est nomen meū in gentibus. Hoc dictū semper ecclesia cōtra ludæos induxit, pro nostro Christiano sacrificio, sicut diuus Augustinus, Alphonsus, Samuel, Paulus Burgensis, & alij ostendunt, si igit̄ hoc dictū iam ferme mille quingentis annis cōtraludæos fuit efficax, quare inefficax esset aduersus illos qui nobiscū in sancta ecclesia fidē suscepérunt. Quūque ecclesia sit in possessiōne, oēsque Christiani ante nos hoc crediderūt, & scripta hoc clare docēt, celebraritque diuus Iacobus apostolus missam, stat mea cōclusio uerbo dei illæsa in perpetuum.

D. O E C O L A M P A D I V S.

G Ratia & pax a dño nostro ihesu Christo omnibus nobis concedant, Amen. Ad meam hesternā responsionem

T iij